

Universitätsbibliothek Wuppertal

Aeli Donati qvod fertvr commentvm Terenti

Evgraphi commentvm continens

Donatus, Aelius

Lipsiae, 1908

Eunuchus V

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1594

et mei semper memineris. et quia metuit parasitus, quantum potest refregit audaciam Chremetis et miserere se dicit, quod tales inimicum militem faciat, cui repugnare 805 non possit. — **35** PRINCIPIO EAM ESSE LIBERAM hic iam respondetur militi repetenti puellam et primum opponitur libertas, deinde quod eius est, tertio quod nobilissimi adulescentis soror. postremo deprecatur, miles ne 809 uim faciat in Thaidem. — **39** AVDIN TV HIC FVRTI SE ALLIGAT dum haec tibi proponit, furti sibi crimen inten- 5
814 dit. — **44** VT FORTES DECET MILITES DOMI FOCIQVE FAC 10 VICISSIM VT MEMINERIS quoniam pro labore satis exactum est, uicibus id age, ut procures milites et memineris foci et domi, ad cibos scilicet praeparandos.

V.

1.

817 **1** PERGIN SCELESTA MECVM PERPLEXE LOQVI et haec conjecturali modo accusat, quippe cum quaeritur, an uirgo 15
820 uitiata sit. denique argumenta colligit **4** VIRGO CONSCISSA VESTE LACRIMANS OBTICET. ita in eo quod dixit 'obticet' satis plenum est: nam si iniuria fuerat, facile loqueretur, 829 nunc uero tacet, quae est pudoris amissio. — **13** QVID AIS SACRILEGA ISTVCINE INTERMINATA SVM HINC ABIENS TIBI 20 quasi intendit crimen, quod neque custodierit uirginem. 831 at illa praecepto se paruisse respondit **15** QVID FACEREM
832 ITA VT IVSSISTI SOLI CREDITA EST. — **16** SCELESTA OVEM LVPO COMMISISTI praedam, inquit, praedatori dedisti. —
833 DISPVDDET ualde ego hic et uehementer erubesco. — **17** SIC 25

1 memineris] misereris *LV¹* | quae metui *LVS* || 2 re-
fringit *GB'* || 3 cui] cum *LGVS* || 6 nobilissimi *Lindenbr.*:
-ma *codd.* || 7 deprecetur *LGV*, edicitur (militi) *S* || 9 pro-
ponitur *LVS* | sibi *W.*: tibi *codd.*; *nisi fort.* *Eugr.* *te legit* ||
12 age *W.*: agit *codd.* | et *W.*: sed *codd.* || 17 ita — *obticet*
om. L || 19 amiss*< i significat >*io? || 20 *HINC*] hodie *LGV¹* ||
21 intendat *L* | neque] non *GB'*; *fort.* non aequa || 23 uti
FGV, *om. L* || 24 inquam *L a*

MIHI DATA ESSE VERBA sic me esse deceptam. — QVID
 ILLIC HOMINIS EST hic intelligitur reuerti Chaereum adhuc
 eunuchi ueste indutum, sicuti post cognoscitur, et ideo
 834 miraculum fit **18** ERA MEA TACE OBSECRO SALVAE SVMVS. —
 838 **22** VIDE AMABO SI NON CVM ASPICIAS OS IMPVDENS VIDETVR
'amabo' dixit, quod semper inter poetas nulla significatione est. est autem sensus talis: uide impudentiam,
 uide aspectum, quemadmodum incedit. os ergo impudens
 uidetur, cum aspicias uenire. et quasi aliquid meretrix
 839 dixerit, ita subiungit **23** NON EST, quasi: negas esse quod 10
 dico? et hoc ut confirmet, adiungit *'cur igitur tanta confidentia fretus incedit?*

2.

840 **1** APVD ANTIPHONEM VTERQVE MATER ET PATER QVASI
 DEDITA OPERA DOMI ERANT VT NVLLO MODO INTRO IRE
 POSSEM QVIN VIDERENT ME haec scaena iniuriarum actio- 15
 nem tenet. reum facit Chaereum meretrix iniuriae, at ille
 se ueniali statu purgat dicens se quod fecerit amore fe-
 cissee. ac primo quidem loquitur, cur non mutata ueste
 845 nunc uenerit. — **6** IN ANGIORTVM QVODDAM DESERTVM
 angiportum dicimus uicum et angustum et tortuosum, 20
 850 nam anguis modo flectitur. — **11** ADEAMVS BONE VIR DORE
 SALVE fingit adhuc meretrix illum eunuchum esse, ut
 in sic salutatum facilius tamquam subiectum et sibi
 855 deditum inuehi possit. — **16** HANC METVI NE ME CRIMI-
 NARETVR TIBI hanc, inquit, Pythiam timui, ne me reum 25
 856 apud te faceret. — **17** EHO PAVLVLVM IMPVDENS an pau-
 lulum hoc esse tibi uidetur uirginem uitiare ciuem? hic
 iam intelligimus, quod non eunuchum credat esse cum
 quo loquitur meretrix, uerum adhuc latet, quis iste sit.

1 ESSE] est *LV¹*, sunt *SV²* || **2** illu *L*, illuc *V* | cherea *L* ||
5 VIDETVR *om. L* || **6** amabo etc.] cf. *IV 3, 21* || **7** est *1. G*, po-
 nitur *FB'*, *om. rell.* | talis sensus *FG a* || **13** pater et mater *FS* ||
19 uenerit *Zeune*: -nit *codd.* || **20** uicum *ante DESERTVM codd.* ||
22 ut in *Zeune*: ita ut *F*, ita *rell.* || **23** *<in>* subiectum? ||
24 *ME om. LVS*

ita quoniam ille conuictus est de uitiata uirgine, genus
dissensionis adhue tamquam seruus proponit, ut dicat
858/61 **19** CONSERVAM ESSE CREDIDI. — **22** QVID ITA VERO DE-
BEAM QVICQVM ISTI FVRCIFERO SI FECERO PRAESERTIM CVM
SE SERVVM FATEATVR TVVM nihil est, inquit, quod metuam,
si iniuste aut per iniuriam aliquid fecero, maxime cum
864 hic se seruum tuum fateatur esse. — **25** MISSA ISTAEC
FACIAMVS hic iam meretrix sublata simulatione accusat
adulescentem iniuriarum dicitque non dignum factum ab
eo, qui fecit ita, etsi digna pati potuerit ipsa. exprimit 10
deinde, quid incommodi sibi euenerit ex uitiata uirgine,
quod non possit suis illam ita uti decuerat reddere et
maximum beneficium et perpetuam gratiam collocare. —
872 **33** AT NVNC DEHINC SPERO AETERNAM INTER NOS GRATIAM
defensionem suam adulescens a spe promissionis inchoat: 15
dicit enim aeternam fortasse ex hac re futuram gratiam.
hoc enim intelligi uult, quod illam sit ducturus uxorem.
873 denique adiecit **34** SAEPE EX HVIVS MODI RE QVAPIAM ET
MALO PRINCIPIO MAGNA FAMILIARITAS CONFLATA EST frequen-
ter, inquit, ex tali re aliqua et initio non bono ad familiarita- 20
tem maximam concordiamque peruentum est. 'huiusmodi re
quapiam': comicò loquendi stilo 'quapiam' aliqua intelli-
876 gimus. — **37** EQVIDEM POL IN EAM PARTEM ACCIPIOQUE
ET VOLO intelligit meretrix, quid sibi ab adulescente dictum
sit, et ideo adiecit 'hoc quidem accipio ex dictis tuis, quod 25
877 uehementer desidero'. — **38** VNVM HOC SCITO CONTVMELIAE
NON ME FECISSE CAVSA SED AMORIS hic <est> illa defen-
880 sio, quam uenialem supra diximus. — **41** NON ADEO IN-

1 illo *FB'V²*, *om. GS* | genus *vel* gentis (ing- *F*) *codd.* ||
2 dissensiones *GB'V²S* || 3 abeam *FGB'* (*cf. Don.*) || 4 si fecero
(*om. B'*) *post praesertim codd.* || 5 *se om. LVS* | fateatur *B'*,
-tetur *G*, -teretur *rell.* | suum *LVS* || 6 maxime *om. L* || 7 *se*
GB', *om. rell.* || 9 [-que] -que quia *B'*, quia *rell.* || 11 uenerit
LFα || 12 decuerat] decreuerat *Lindenbr.* | reddere *om. L* ||
15 ab spe *FG*, ab (ob *VS*) se *LVS*, a statu *B'* || 16 ex hac
re] exacro *L¹V¹*, exsacro *V²*, ex saeto *S*, ex hoc *F*, ex hoc
facto *B'* || 22 aliquam (-quid *G*) *codd.* || 23 occipioque *L*, accipio
FG || 27 est add. *W*.

HVMANO INGENIO SVM CHAEREA quoniam meretrices ab amatoribus suis quasi quasdam exigunt poenas, ideo se purgat, ut dicat non tam inhumano ingenio esse, ut amor
 884 quid sit ignoret. — **45** NON AVSIM quoniam Pythias dixerat timendum esse dominae Chaereum, hoc est ne quam 5 uim illa pateretur, respondit ille 'non audeo': scit enim fratri amicam esse. — **50** TAMEN SI PATER pendens haec oratio sensum plenum habet 'tamen si uoluerit pater'. sed continuo cum hoc intellexisset adulescens respondit QVID VOLET SCIO CIVIS MODO HAEC SIT. apud Athenas de- 10 decoris maximi fuerat non ciuem ducere uxorem, unde et in Andria (III 1, 11) Simo ita loquitur 'adeone tu de-
 890 mens? ex peregrina?' — **51** PAVLVLM OPPERIRIER expecta.
896 — **57** IMMO PERCVPIO duobus modis intelligitur: cupiditas adulescentis, ut ingredi uellet domum: uel quoniam <*** uel 15 quoniam> illic ea puella est, quam uidere desiderat. denique hoc intellexit Pythias et propugnat dicens QVAM TV REM
 897 ACTVRA ES. — **58** HVNC TV RECIPERE DISPOSIS POST HAEC post tantam turbam et tale scelus adhuc uirum istuc in-
 899 tromittis? — **60** DABIT HIC PVGNAM ALIQVAM DENVO pro- 20 prium uerbum est et familiare ad expressionem: semper cum aliquid fieri dicitur, melius dicitur dari, ut (*Verg. Geo.* III 265) 'quid quae imbellies dant proelia cerui?' et hic 'da-
 901 bit aliquam pugnam'. — **62** NON POL CREDO CHAEREA NISI
 SI COMMISSVM NON ERIT uerbis talibus fidem non habeo neque 25 quod dicis non fieri credo, nisi non fuerit factum. —
905 **66** PERII HERCLE OBSECRO ABEAMVS INTRO ex hoc expri-

2 exigent codd., corr. W. || 4 ignorem β V | quondam codd., corr. Lindenbr. || 5 esse F, est rell. | domini (-na G) ne LVB' | cherea GB' || 6 illa F, ille rell. || 12 tu] est Ter. || 13 paulum LS | operior LV¹ | expectare F (edd.) || 14 PERCVPIO] peroppidum LGVS | <hoc> duobus B' | intelligitur B', -guntur rell. | cupiditas W.: cupit codd. || 15 adulescens GB' | ut L, ui (quod ui F') rell. | uelle G | uel om. G | lac. (suppl. adhuc eunuchi ueste induit est, cf. ad v. 68; 60; V 6, 1; 14) sign., uel quoniam suppl. W. || 16 denique] hic inc. cod. P; de V v. praef. || 17 propugnat Lindenbr.: perp- (pugnat G) codd.; rep-? || 18 disposis] deponis (ponis G) uel (ante ACTVRA) add. LG || 21 familie LF | <nam> semper? || 25 si om. L || 26 dicis F, -it rell.

mitur, quod supra (v. 57) dixit ‘immo percipio’: uiso enim Chremete, noto et nobili uiro, uehementer erubescit, quod 908 cum eunuchi ueste sit. — **69** VIRGO quidam intelligunt: confusus es ita, quasi uirgo sis: erubescis ex ueste et confusionem pateris, quam uirgo patitur, quam uitiasti. est 6 rursus et quasi admonitio, ut et pudori non sit, quod ista 909 ueste induit, siquidem uitiauit uirginem. — **70** I PRAE SEQVOR antecede, ego te sequor.

3.

910 **1** QVID QVID VENIRE IN MENTEM NVNC POSSIT MIHI haec scaena consilium quaerentis ancillae tenet, quemadmodum 10 se possit ulcisci et iniuriam factam; deinde admonitionem, 913 ut Chremes cum nutrice ingrediatur. — **4** VIDEO SED NIHIL PROMOVES expressit tardos gradus ancillae ambulantis: ‘motum’ inquit ‘corporis video, sed itineris nulla pro 915 gressio est’. — **6** AC MEMORITER ut non cum difficultate 15 919 cognoscat, sed praesenti memoria uniuersa colligat. — **10** VIDE VT OTIOSVS* IT attende inquit, ⟨ut⟩ Parmeno securus 920 ambulat et otiosus. — **11** SPERO ME HABERE QVI HVNC ⟨MEO EXCRVCIEM⟩ MODO credo iam me repperisse consilium, quemadmodum istum tormentis afficiam et cruciem pro 20 921 mea uoluntate. — **12** IBO INTRO DE COGNITIONE VT CERTVM SCIAM pergam intro, ut cognoscam, an puella cognoscatur.

α* [15] id est securus.

4.

923 **1** REVISQ QVIDNAM CHAEREA HIC RERV M GERAT haec scaena allocutionem tenet serui gloriantis, quod consilio 25 ⟨suo⟩ tantum beneficium dederit, ut amorem ei difficillimum explicauerit. et haec ergo gloriae est exultatio, eiusque par-

4 sis] sic FG || 5 quam 1. G, quod rell. | patiatur LFPS || 6 et 1. om. G α (recte?) || 8 ⟨id est⟩ antecede α | seuar G, (ex -or corr. m. 1) L || 10 retinet L (conf. ? cf. V 5, 1; al.) || 13 ⟨uel⟩ expressit L | gressus FS || 14 motum B', -dum rell. || 16 agnoscat G || 17 rr] sit codd. | ut add. Lindenbr. || 20 tormentis istum α || 26 gloriae W.: -ria codd. | exaltatio L¹ | eiusque] cuius α

926 tes enumerat **4** QVOD EI AMOREM DIFFICILLIMVM ET CARISSIMVM
 A MERETRICE AVARA VIRGINEM QVAM AMABAT EAM CONFECI SINE
 MOLESTIA SINE SVMPTV SINE DISPENDIO. sed haec quasi parua
 dicit: illud maxime prouidisse gloriatur, quemadmodum
 adulescens iam meretricum ingenia et mores cognosceret, 5
 924 uti, cum cognouisset, semper odisset. — **2** QVOD SI ASTV REM
 TRACTAVIT quod *⟨si⟩ ipse per astutiam et calliditatem per-*
 930 fecit rem. — **8** ID VERO EST MIHI QVOD EGO PVTO PALMA-
 RIVM hoc est: quod ego arbitror mihi esse gloriosum, ibi
 936 palmam debere summam.* — **14** LIGVRRIVNT iam supra 10
 (*II 2, 4*) dixi: leuiter cibos tangunt. cui contrarium ab-
 939 ligurrire, quod significat absumere. — **17** QVO PACTO EX
 IVRE HESTERNO expressit meretricum sordes, *quas in domo*
 habent, siquidem praeter cetera et ius dixit hesternum*,
 uel quod ab amatore tulerint aut in domo fuerit ac reman- 15
 942 serit, quod foris cenauerint. — **20** VT NE IMPVNE IN NOS
 943 ILLVSERIS ne sine poena nobis iniuriam feceris. — **21** PRO
 DEV M FIDEM FACINV FOEDVM dum egreditur Pythias, fngit
 adulescentem Chaereum intus captum et pro moecho deprehen-
 sum poenam ex consuetudine passurum, quo facilius Parmeno 20
 946 terreatur. — **24** QVAE FVTVRA DICVNT EXEMPLA IN EVM IN-
 DIGNA exemplum significat grauem poenam, scilicet quae
 ceteris possit esse exemplum. nam ipse post (*V 6, 21*)
 951 sic dicit 'uterque in te exempla edent.' — **29** VIRGINEM ISTAM
 THAIDI QVAE HODIE DONO DATA EST SCIS ISTAM CIVEM ESSE 25
 uti uitiori crimen increscat, dicit uirginem esse ciuem
 et eius fratrem adulescentem esse nobilem, qui *ad uin-*

α[10] nam idem est palmarium quod palma (cf. Schlee).*

**[14] quod significat aquam pingue (hic desinit B').*

1 ei om. *LG* || 4 quemadmodum] ut α || 5 et mores] mo-
 resque α || 6 uti *L*, ut *rell.* || 7 si add. *W.* | perficiet *codd.* ||
 8 EST om. *L* || 10 summam] sumi α | iam] ut α || 11 alligurrire α ||
 15 retulerint? || 17 PRO] *nova scaena incipit in F* || 20 poenas *FG* ||
 22 significat] dicit α || 23 esse possit *G* α | *⟨ad⟩ exemplum α* |
 ipse — dicit (-xit *LG*)] alias dixit α || 24 exempla in te *F* |
 dent *LG* || 25 hodie quae *G* || 26 ut α || 27 esse (et α) nobilem
 ante eius *codd.*; et nobilem *post adul-* repet. α | ad uindictam
 qui *codd.*, *transp. W.*

dictam scilicet facile possit propter adulescentiam consurgere et propter nobilitatem et quod in iracundia habet sine timore complere. praeterea est, ut dixit, et uiolentissimus
957 frater, uti et a moribus iam poena cumuletur. — **35** NVNC MINITATVR ID QVOD MOECHIS SOLET hic intelligimus quae- 5
dam in moechos esse supplicia* uel ad crudelitatem uel ad turpitudinem. haec Pythias reticet ac nescire se dicit. —
959 **37** QVID TANTVM hoc est: quantum est istuc facinus. —
960 **38** QVIS HOMO PRO MOECHO VMQVAM VIDIT IN DOMO MER-
TRICIA DEPREHENDI QVEMQVAM et supra (II 3, 91) isto con- 10
silio usi sunt, ut impunitatis spem sibi in domo meretricis
pollicerentur. ita et nunc arguit Parmeno, quod pro moecho
962 in domo deprehensus sit meretricia adulescens. — **40** DICO
EDICO VOBIS NOSTRVM ESSE ILLVM ERILEM FILIVM uti ira-
cundiam uel meretrix uel quilibet ille temperare possit, 15
maluit qui ille adulescens sit confiteri, ut propter nobili-
963 tatem non in eum aliquid constituatur. — **41** NE QVAM IN
ILLVM THAIS VIM FIERI SINAT bene adiecit 'Thais': ne fieri
sinat aliquam vim illa Thais, quae amatorem habet eius
964 fratrem. — **42** ATQUE ADEO CVR NON EGOMET INTRO EO 20
credit iam se domino posse succurrere; uerum quoniam
Pythias mentitur, metuit uehementer, ne ingressus aliud
inueniat Parmeno, quam ipsa narravit. ideo obsistit et
prohibet <et> cundem terret, ne ingredi uellet, quod omnes
illi potius irascuntur, quod iam credunt ipsius consilio 25
967 esse cuncta perfecta. — **45** ECCE AVTEM VIDEO RVRE RED-
EVNTEM SENEM pater Phaedriæ et Chaereæ nunc rure ad-
uenit. et supponit deliberatiue speciem, utrum indicet do-
mino an non. ut oportuit, celeri consultatione quid facien-

α* [6] uel spadari uel aliud quidlibet.

3 implere *G* | est — uiolentissimus] dixit esse uiolen-
tissimum α || 4 frater *om. F* | amoribus *codd.* || 7 se *om. L* ||
8 istud *FG* || 15 posset α *F* || 19 bene — Thais *om. G* || 19 eius
fratrem habet amatorem α || 21 <et> iam *F*, iam <et> *G* ||
23 parmeno aliud inueniat α || 24 et *add. W.* | omnes *om. L* ||
28 supponit] *sc. Parmeno*

dum esset elegit dicens necessitatem esse dicendi. ita et honestum et utile semper uincitur, si modo necessitas sit, sub qua aliter quam cogitur fieri non potest.

5.

- 971 1 EX MEO PROPINQVO RVRE HOC CAPIO COMMODI haec
scaena narrationem continet, quemadmodum filius eius in 5
domo meretricis pro eunicho captus sit, simul cum defen-
sione et adulescentis, qui captus est, et ipsius, qui narrat,
ne uideatur *ipse* suis ad periculum consiliis dominum
impulisse. — EX MEO PROPINQVO RVRE HOC CAPIO COMMODI
ex agro uicino solo *mihi commoda ista sunt, hoc est* 10
quod numquam aut urbis satietatem aut uillae capio: cum
primum enim satietas esse coeperit, loci commutatione mu-
975 *tatur. — 5 QVEM PRAESTOLARE PARMENO HIC ANTE OSTIVM*
quem expectas? sed notandum, quod hic per accusarium
protulit ‘quem praestolare, Parmeno?’, at uero Cicero (*in 15*
Catil. I 9, 24) per datuum ‘qui tibi ad forum Aurelium
praestolarentur armati’. — 9 ERE PRIMVM TE ARBITRARI
ID QVOD RES EST VELIM QVICQVID HVIVS FACTVM EST CVLPA
NON FACTVM EST MEA antequam crimen uel admissum ali-
quod facinus narraret, prius uoluit quod factum esset a 20
se remouere, *quod factum sit, sua culpa non factum.* ‘ne
me’ inquit ‘spectes’ (*v. 18*), hoc est: non de me esse credas.
sed hoc stulte factum: nisi enim crimen uel facinus *ipsum*
dixisset, purgare non debuit personam suam. ideo senex
interrogat, quid factum sit, et Parmeno RECTE inquit 25
OPORTVIT REM PRAENARRASSE ME hoc est: crimen, quod
est admissum, prius oportuit dicere et sic adhiberi in

5 eius] senis Zeune || 6 sit om. L || 7 et 1. om. G | ipsius]
eius α || 8 ad periculum suis α || 10 *<id est>* ex solo *<et>* uicino
agro α; ex agro uicino *post* sunt β | ista W.: ita codd. || 12 enim
om. G || 14 set L, et F || 17 TE om. L | arbitrare L || 19 EST
om. L || 20 esset] est G || 21 ne — 22 credas fort. del. || 26 *<ante*
me> hoc L || 27 est] esse L, esset (est F) *post* admissum FG

982 omnibus purgationem. — **12** EMIT QVENDAM PHAEDRIA EV-
NVCHVM cum Aethiopissa simul empta sit, tantum de eunicho
narrat, quia et ipse pertinet ad causam et ne dominum
986 in muneribus onerare uideatur. — **16** HEM IAM SCIT ILLE
QVID MERETRIX SIET AN IN ASTV VENIT ALIVD EX ALIO 5
MALVM licet breuiter supra Parmeno utrumque narrauerit,
uel ipsum emisse meretrici uel Chaeream amare coepisse,
tamen utriusque calamitatis sensu senex grauiter indignatus
conqueritur 'scit iam ille quid meretrix siet?' ita non adu-
lescenti crimen instituit quod uir sit, sed quod scit quid 10
meretrix siet. 'an quia quodam astu et quadam calliditate
mala haec mihi ingeminata sunt, ut aliud malum mihi
ex alio nasceretur?' ex malo enim comparati eunuchi aliud
malum est, quod minor filius cooperit amare meretricem.
988 — **18** ERE NE ME SPECTES ME IMPVLSORE HAEC NON FACIT 15
narrata causa redit ad defensionem suam, quam supra
992 dimiserat. — **22** HVNC PRO MOECHO POSTEA COMPREHEN-
DERVNT INTVS bene ita 'pro moecho' dixit, quia in domo
993 meretricis moechi crimen est nullum. — **23** ET CONSTRIN-
994 XERVNT hoc est uinculis alligarunt. — **24** AVDACIAM ME 20
RETRICVM SPECTA iam seruus meretrices accusare cooperat
et audaces dicere, ut exinde a crimine suo per accusa-
tionem auocet dominum. — NVM QVID EST ALIVD MALI
DAMNIVE QVOD NON DIXERIS 'mali' pertinet ad hoc, quod
Chaerea pro moecho intus est deprehensus et ligatus, 25
'damni' ad illud, quod est a Phaedria emptus eunuchus.*

α*[26] Iussus Laches a Parmenone ingredi in domum Thaidis,
ubi putabat filium suum uinctum teneri, sicut ei men-

1 phedria quandam α || 2 aethiopia *LG* | simul sit empta
F, et *LG*, *om. a* | tantum<dem> α, tamen *G* || 3 quia *F*, qui
rell. | et 2. *om. G* || 9 sciat *L*, sciat *P* | ille iam α | adulescente
codd., *corr. Lindenbr.* || 10 quid *F*, qz *rell.* || 13 ex <alio> enim
malo α || 16 narrata *W.*: -tio *codd.* (*cf. p. 130, 16*) || 17 COMPR —
INTVS] comprehenderint *L* || 18 ita<que> α || 23 aquocet *P*,
uocet *L*, reuocet *F*, prouocet *G* || 24 <quod dicit> mali α ||
quod chereas α, quedā ad chereā *LG*, quod est a chereā *F* ||
25 <et hoc> pro β

α tita fuerat Pythias, inuenit eum pacatissime sedentem
cum Thaide. sed eis intulit magnum risum pulsans p^{rae}
dolore filii et cursu utpote senex miroque modo derisus
est a Pythia. unde ipsa glorians tali modo quia derisisset
(-ent VS) illos, coepit gaudens dicere (*haec pertinent ad*
V 6, 1, cf. Schlee p. 111, Bruns I p. 255, Mai p. 42.)

6.

- 1002 1 NVMQVAM EDEPOL QVICQAM IAM DIV [OPTANDVM] QVOD
MAGIS VELLEM EVENIRE MIHI EVENIT QVAM QVOD MODO
haec scaena continet insultationem, quod, cum ingressus
esset senex quasi timidus ac sollicitus de filii poena, in-
uenerit filium suum indutum ueste eunuchi: quod se 5
Pythias per dolum fecisse laudat, ut Parmeno deciperetur
ac metu territus domino indicaret, quod celare debuerat.
pulchre autem factum, quod metu quodam compulsus senex
ingressus est domum meretricis, ut filio subueniret. et
sic, dum illuc Chremes est adulescens, frater uitiatae vir- 10
ginis, illuc et adulescentis Chaereae promissio ad nuptias
completur. — 11 QVID ILICONE TE CREDERE OPORTVIT EA
QVAE DIXI accusat Parmenonem stultitiae, primum quod
crediderit ea, quae sibi et ab ancilla et ab irata dicerentur,
deinde quod ea, quae celare debuerat, indicauerit 15
domino. — 12 AN PAENITEBAT FLAGITII TE AVCTORE QVOD
FECISSET ADVLESCENS an, inquit, te paenitebat eius flagitii,
quod factum esset ab adulescente, <***> indicare patri et
prodere, quo eius facinus publicaretur? — 14 NAM QVID ILLI
CREDIS ANIMI TVM FVISSE qualem, inquit, credis adulescenti 20
fuisse animum eo tempore, quo se uisum uidit a patre,
1018 quod eunuchi ueste esset indutus? — 17 ITANE LEPIDVM
TIBI VISVM EST NOS IRRIDERE SCELVS hoc est 'tu scelus'
id est scelerata: sic enim res ipsa ponitur pro persona,

1 OPTANDVM non est Ter. || 6 uti FG || 7 indicaret domino α ||
12 credere ea quae dixi oportuit te α (= Ter.) || 14 crediderit
W.: credit codd. || 18 factum esset om. L | lac. sign. Lindenbr.;
fort. suppl. nisi posses etiam || 20 tvm] misero cum β , tum illi
misero α | adulescentis α || 22 esset] sit α || 23 tui scelus LF

ut Sallustius (*Catil. 14, 1*) 'ad hoc facinorum circum se
 1020 tamquam stipatorum caterus habebat'. — **19** IN DIEM ISTVC
 PARMENO EST FORTASSE QVOD MINARE uideris quid mihi
 ministeris: meum supplicium adhuc imminet et impendet
1021 et interim punieris. — **20** QVI STVLTVM ADVLESCENTVLVM 5
 NOBILITAS FLAGITIIS hoc est: peccatis notum omnibus red-
 dis ET EVNDEM INDICAS. — VTERQVE EXEMPLA IN TE EDENT*
 adulescens, qui nobilitatus est flagitiis, et pater, cui hoc
 est te indicante proditum, edent in te exempla, hoc est
1024 poenas tibi imponent. — **23** EGOMET MEO INDICIO MISER 10
 QVASI SOREX HODIE PERII quietus enim dum semper est
 sorex, uel uoce uel strepitu se prodit et indicat, quo fa-
 cilius capi possit.

α^* [7] id est component. exemplum dixit pro tormento.

7.

1025 **1** QVID NVNC QVA SPE AVT QVO CONSILIO HVC IMVS 15
 inducitur in hac scaena miles Thraso ad Thaidem reuerti-
 uelle, ut recipiatur a meretrice, quoniam se intelligit ex-
 clusum. eius autem posterior uis est, quamquam hoc
 dissuadet ei parasitus, sed quoniam colax est, dat consen-
1027 sum. — **3** QVI MINVS QVAM HERCVLES SERVIVIT OMPHALAE 20
 Omphalam dicitur Hercules uehementer amasse ita, ut
 muliebri *ipse* indutus habitu opera quoque feminea fa-
 ceret et habitum suum amicae eidem daret. ergo miles,
 quoniam se seruiturum esse meretrici dicere uolebat, ne
 turpitudinem, quod miles esset et meretrici seruiret, subire 25

1 sallustius *<in iugurtino>* α || 3 EST om. LG | minitare
 F α || 5 interim F, iterum *rell.* | puniris LGP¹ (*recte?*) || 9 te
 indicante (*hic desinit cod. L*)] indicatum id est α | exempla
 tormenta α || 11 semper] super α || 17 meretrice] Thaide α
 exclusum *<esse>* α || 19 ei om. FSV || 21 amasse uehementer α ||
 22 indutus muliebri α | ipse om. F | femine β || 25 meretrici
 seruiret W.: uiret (*ol. sscr.*) meretrici se (seruire uel G, om. F)
 codd. | subicere P²VS

uideretur, exemplum ab Hercule suscepit. ita enim gloriosi faciunt, ut peccent et peccati tunc se habere profiteantur exempla. — 4 VTINAM TIBI COMMITIGARI VIDEAM SAN-
1028 DALIO CAPVT* utinam tibi comminui et percuti uideam caput, ut uere seruire uidearis. hoc quidem paululum 5 summissiore uoce parasitus dixit.

$\alpha^*[4]$ sandalium neutro genere genus calcamenti est.

8.

1031 1 O POPVLARES ECQVIS ME VIVIT HODIE FORTVNATIOR exultationem haec scaena habet, quod Chaerea consilium suum complere potuerit. est ergo hic allocutio gaudentis. laudat autem Parmenonem, se atque fortunam: Parmeno- 10 nem, quod consilium dederit, se, quod aggressus sit, fortunam, quod cuncta compleuerit. mox ea, quae intus acta sunt, narrat et sibi esse sponsam et illam cognitam ciuem et meretricem tantum fratri esse Phaedriae et militem exclusum. idcirco Parmeno adiecit 10 FRATRIS IGBTVR THAIS 15 TOTA EST. hoc cum miles audisset, uehementer in amoris flamas incensus deliberat, quid facere debeat. sumit consilium, ut hos roget. ac primum allocutio. rursus interponitur Phaedria, qui exultationem gaudii sui exprimit et de suis facultatibus gaudet gratiasque agit patri, quod 20 festine et iocunde interueniens cuncta compleuerit.

1040 19 DI VESTRAM FIDEM INCREDIBILIA PARMENO MODO QVAE NARRAVIT ingressus Parmeno Phaedriae narravit uniuersa, quae dixerat frater. ita cum fratrem continuo ui- 25 disset, nihil aliud dixit quam gaudium et laetitiam habere se, *(quod)* dicens iam ostendit se cuncta a Parmenone

2 peccandi α || 7 et quis *codd.* | hodie uiuit α || 8 *<in>* hac scaena *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 12 quod *W.*: qnae *codd.* || 17 deliberat *om. F* || 18 ac *F*, ad *rell.* || 19 qui] quod *G*, quam *F* || 20 patri *om. F* || 22 di] novae scaenae initium in *codd.* || 25 frater *om. F* | fratrem *F*, -ter *rell.* || 27 quod add. *W.* | se 2. *om. F*

- 1051 cognouisse. — **21** NIHIL EST THAIDE HAC FRATER TVA
DIGNIVS QVOD AMETVR melius nihil, quod amari possit. —
1053 23 TV MIHI ILLAM LAVDAS utique cum scias me amatorem,
quodammodo superuacuum est, mihi illam quod laudas. —
PERII QVANTO MINVS SPEI EST TANTO MAGIS AMO amorem 5
etiam concitari manifestum est et rursus, ut hic Terentius
dixit, desperatione incendi. uerum illa desperationis qua-
dam spe, [†]ducatur quod peruenire possit, amor minus incen-
ditur. denique hic miles, quoniam recipi se in partem sperat,
idecirco 'quanto minus spei est' inquit 'tanto magis amo'. — **1054 24** PERFICE HOC PRECIBVS PRETIO hic persuadet [†]Parmenoni,
uti, quocumque pacto hoc compleatur, ad meretricem pos-
sit admitti. — **26** SI QVID COLLIBITVM EST NOVI TE ironia
est 'si quid collibitum est.' — DONVM PRAEMIVM A ME OPTA-
TO ID OPTATVM FERES 'noui te: hoc si feceris, quod uis 15
donum praemio' — dona scilicet sunt, quae ultra meri-
tum sunt; praemium uero est, quod quasi ob meritum
datur —, 'hoc' inquit 'a me poscito: id cum optaueris,
accipies'. proprium enim uerbum est, ut 'optet praemium
uir fortis quod uoleat'. — **28** SI EFFICIO HOC POSTVLO 20
uaria distinctio: quidam enim sic distingunt 'si efficio
hoc', ut postea subiungant 'postulo'. — VT MIHI TVA DO-
MVS TE PRAESENTE ABSENTE PATEAT parasitus nihil aliud
desiderat praemii loco nisi ut sibi cibus suppeditari pos-
sit et, siue praesens miles siue absens sit, numquam uo- 25
1060 catus, semper tamen ad cenam ueniat. — **30** DO FIDEM FV-
TVRVM futurum hoc esse iam fidem promitto et spondeo [ut
(*Verg. Aen. XI 230*) 'pacem Troiano ab rege petendum'].

1 cognosse β || 3 mihi] thaidem *codd.* (*gloss. ad ILLAM*) ||
4 quod *om. F* || 8 ducatur quod p. p.] cum datur quoad p. p.? ||
9 hic *Zeune*: hoc *codd.* | recepisse *codd.*, corr. *Lindenbr.* || 11 Par-
menoni] *immo Gnathoni* | ut α | <et> ad G || 13 collibuit *F P¹* |
nouiteronia G, nouit (*om. F*) yronia *Fα* || 14 siquid] quicquid
codd. || 15 si hoc α | effeceris *F* || 16 dona — quae *W.* (*duce*
Schoellio): donasse atque *codd.* || 17 sunt <dona> α || 21 sic
<dicunt sic> *codd.* || 22 hoc] huic *codd.* || 24 cibus *Lindenbr.:*
os *codd.* || 27 ut — petendum *secl. W.* (*interpolator* fidem
futurum *comparavit cum pacem petendum*)

- 1063 — 33 SCIN QVAM FRETVS si praesumis, inquit, de nobis, praedico, ut scias istam nos habere sententiam, quod, si te in hac platea aliquando inuenerimus, ita accipieris, ut numquam tibi subuenire possit ista defensio, quod alium
 1066 quaerebas aut iter quod hac te habere dicas. — 36 NON ⁵
 COGNOSCO VESTRV M TAM SVPERBV M hoc, quod respondistis tam superbū, uestrum esse non cognosco nec credo. —
 1067 37 PRIVS AVDITE PAVCIS haec deliberatiuae species est, uti deliberet Phaedria, <an> riualem in partem meretricis recipiat. est ergo principium ab utili collocatum, cum dixit ¹⁰
 1069 SI PLACVERIT FACITOTE. — 39 PRINCIPIO EGO VOS AMBOS CREDERE HOC MIHI VEHEMENTER VOLO in hoc principio rursus Gnatho, quoniam scit odiosum militem, interponit se <et quod facit suae> utilitatis causa facere confitetur. uerum ne sibi consulere intelligatur tantum, cum utique alienus sit qui ¹⁵
 1071 cupiat persuadere, adiecit 41 VERVM SI IDEM VOBIS PRODEST VOS NON *ID* FACERE INSCITIA EST, ita persuasurus <suam> utilitatem aliorum dixit se hoc quod facit facere utilitate, ut rei appetendae quodammodo se esse dixerit exemplum.
 1072 deinde apponit ipsius sententiae propositionem 42 MILITEM ²⁰ EGO RIVALEM RECIPIENDVM CENSEO. primum hoc deliberatiuae est, ut *ipse*, qui suadet, aliquam sententiam dicat, quemadmodum in Philippicis (*cf. Cic. Phil. VIII 33; IX 15*)
 1073 'quare ita censeo' et in Sallustio (*Catil. 52, 36*). — 43 co-
 GITA MODO TV HERCLE CVM ILLA PHAEDRIA post sententiae ²⁵ propositionem subnectit ea, quae utilia sunt Phaedriae, ut libenter cum meretrice uiuat et libenter capiat uictum: ipsum quidem non plurima dare, Thaidem contra plurima

3 ita <ut> β; fort. ita tu | acceperis *codd.*, corr. *Lindenbr.* ||
 6 respondisti *Fα* || 7 tam] est a | <nam> uestrum α | non credo
 nec cognosco *G*, (*in mg. aliter add.*) *F* || 8 haec] hoc α || deliberatiuae *Lindenbr.*: -ua *codd.* || 9 deliberet *F*, -rat *rell.* | *an add.* *Lindenbr.*; ut post riualem α || 13 Gnatho *Lindenbr.* pro quod facio (-iat *F*) *codd.*, quod *infra inser.* *W.* | interponi α | et *add.* *W.*, suae *Schoell* || 16 capiat *Fα* || 17 suam *add.* *W.* || 18 utilitate (inut- α) malum (-li *G α*) dixit (*ind- G*) *codd.*, corr. *W.* || 19 quodammodo *om.* *F* || 21 ergo *codd.* | deliberatiuae *W.*: -ua β,
 -uum α || 28 dare *om.* *F*

uelle accipere; esse autem optimum, qui dare possit, hunc
 1077 solum militem. — **47** NEC MAGIS EX VSV TVO hoc est:
 nec est aliquis, qui magis sit ex tua utilitate, quod habet
 quod det et largius nemo dat. sed hic incidit quaestio
1079 'forte datorem amare meretrix incipiat'. subiunxit **49** FA-
 TVVS EST INSVLVS TARDVS STERTIT NOCTES ET DIES NEQVE
 ISTVM METVAS NE AMET MVLIER FACILE PELLAS VBI VELIS
 ita omni genere aptus est miles, uel ut dona det uel ut
1081 facile contemni possit. — **51** PRAETEREA HOC ETIAM QVOD
 EGO VEL PRIMVM PVTO post tanta quae supra narrauerat 10
 commoda adiungit, quod etiam sibi maxime necessarium
 est, quod nemo melius accipiat quam miles. 'accipit' autem
 pascit, quod Virgilius (*Aen. III 353*) 'illos porticibus rex
1083 accipiebat in amplis'. — **53** MIRVM NI ILLOC HOMINE QVOQVO
 PACTO OPVS EST siue quoniam nemo melius pascit neque 15
 prolixius, id est abundantius, siue quoniam multa dona
 meretrici donare potest, quocumque <modo> hic homo est
1084 necessarius. — **54** VT ME IN VESTRV M GREGEM RECIPIATIS
 etiam de se persuadere uoluit, ut non excludatur, sed pa-
 riter cum his possit uiuere et iam horum auxilio uti. — 20
1085 **55** SATIS DIV IAM HOC SAXVM VERSO olim cum isto milite
 labore. quem militem ob stultitiam 'saxum' appellauit, ut
 (*Verg. Aen. VI 471*) 'quam si dura silex aut stet Marpesia
 cautes': ubicumque enim est quaedam stupiditas, silici com-
1093 paratur. — **63** DIXIN EGO IN HOC INESSE VOBIS ATTICAM 25
 ELOQVENTIAM quidam intelligunt hoc uersu de Terentio
 dici, qui ita comoediā scribit, ut in se habeat eloquentiam
 Atticam, hoc est Menandri eloquentiam, qui fuit

3 quod] quia *G* || 4 hec *G*, *om. FVS* | indicit *codd. praeter*
G || 5 <ut> incipiat meretr̄x α | subiungit *F* || 8 ita *W.*: ista
codd. | aptus est *Lindenbr.*: aptasse *codd.* || 10 tanta] ea *VS* |
 commoda narrauerat *codd.* || 15 quoniam] quam *G*, quia *rell.* ||
 16 quoniam] quam *G* || 17 quocumque modo *W.*: et quocum-
 que *codd.*; ad quaec- *Lindenbr.* || 18 vt] cum α || 20 uti *om. β* ||
 21 hoc iam *G*, iam *VS* | VERSO] uoluo *G* || 22 ob *F*, *om. rell.* |
 saxum] *** *P*, *om. VS* || 24 cautex α || 25 uobis inesse *G* | hunc
 uersum *G* || 27 qui ita *Goetz-Schoell*: quia et *F*, qui etiam *G*,
 qui et a α | comedìa α | atticam eloquentiam α || 28 eloquen-

Atticus; quidam de milite, ut per ironiam dictum sit; uel certe qui ad praesentem militem, ut credat se esse laudatum, ‘dixi ego quod miles habeat in se eloquentiam Atticorum’, siquidem et modo adiunxerit, quod dixit (*v. 62*) ‘numquam etiam fui usquam, quin me omnes amarent 5 plurimum’. ita usque ad extremum melius persona seruata est militis gloriosi *<et>* oratio, ut *ab* illis se diceret di
1094 ligi. — **64** NIHIL PRAETER PROMISSVM EST omnia, quae dixisti, inuenimus in milite. an: omnia, quae promisimus tibi, implebuntur et nihil est uel erit praeter id quod 10 diximus?

tiam *<siue elegantiam>* *F*, *om.* *G* || 2 qui *etc.*] *fort.* *<sunt>* qui ... *<putent dictum>* ‘*dixi etc.* || 3 ergo *codd.* || 4 et *<ille>*? | *dixerit β* || 5 *amarint α* || 7 et oratio *W.*: exaltatio *G*, oratio *rell.* || 8 *praetermissum β* | *est om.* *F* || 9 *an]* et *G*